

qui ipse quoque natalis est *Georgio Fabricio*

de Sanctis Chimaericis, illum nunquam extitisse, aut, si extiterit, Arrianum fuisse dicunt. Nec defunt alii Eruditorum, erroris de S. Georgio originem ex *Eusebio* derivantes; Scripserat enim ille in *Vita Constantini L. III. c. 3.*, Hunc in sublimi quadam tabula ante vestibulum palatii posita, cunctis spectandum proposuisse salutare signum Crucis Dominicae, Capiti suo (*Constantini*) superimpositum, infra vero hostem illum & inimicum generis humani, qui impiorum Tyrannorum opera Ecclesiam Dei oppugnaverat, sub Draconis forma in præceps ruentem; *Evol. Jo. Gottlieb Möllerus* in *Observ. Philol. Septenario*, *Obs. IV. §. 8. p. 29.* Inquirere quoque nolo, an *Eques GEORGIVS & S. GEORGIVS*, cujus die 23. Aprilis quotannis recurrit memoria, invicem sint distinguendi? esse diversos, volunt inter alia verba *Mölleri l. c.* Ex professo tamen *de Historia Georgiorum* vide *M. Frickium & Paschium* in specialibus Disputationibus. Mitto etiam, quae hoc loco *de Ordine equestri S. Georgii* aliisque *societatibus* ab Eo Originem trahentibus possent afferri, quoniam de isto *Thulemarus* peculiarem consignavit ediditque Disputationem Jenæ 1701. De reliquis vero curate factis egit *B. Gryphius* in *Tr. von geist- und weltlichen Ritter-Orden.* Quas autem inter nobilissima censetur illa Confociatio, qua, ut nobis quidem